

Universitätsbibliothek Paderborn

Opvs De Ivdiciis Divinis, Qvae Devs In Hoc Mvndo Exercet

Accessit index concionatorius in omnes totius anni dies Dominicos & Festos, ab ipso Auctore confectus

Stengel, Georg

Ingolstadii, 1651

2. Morbis Bernardium Realinum loco alligatum, lessium à laboribus non impeditum esse.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45701

facere. Hinc Ecclesiastes ait: Melius est ire ad domum luctus, quam Eccles. 7. 3.
ad domum coniuij: in illa enim finis cunctorum admonetur hominū,
& viuens cogitat, quid futurum sit. Aegroti autem ipsi, exultante 1. Cor. 15. 42.
animo, cogitant, quid futurum sit de corpore, quod seminatur in
corruptione, surget in incorruptione. Seminatur in ignobilitate; surget
in gloria. Seminatur in infirmitate, surget in virtute. Sicut in S. S Greg. 1. 4.
Theophani Comitis corpore indicium aliquod datum est, cuius dial. cap. 27.
viventis pedes cum podagrā foedè intumuissent, taboq; ac sanie
fluida tetterimum odorem expirassent; defuncti illico reducti
sunt ad debitam vel sanissimi hominis formam, fragrantiamque
diuinam quamdam, quarro à sepultura die, exhalauerunt.

Quin morbis multos Deūs loco astrinxit, in quo multa
præclara gesserunt. Bernardinus Realinus, Lupijs, unus omnia
Societas munia obiuit, donec, rebus firmatis, socij plures acciti sunt. Philipp A.
Ceterum hoc illi domicilium fixum perpetuumq; Deūs esse voluit: quo- legambe in
ties enim, vel maiorum imperio, vel alia quaqua de causa. vrbe ipsi Bibliotheca
fuit excedendum, toties vel improuisa agrotatione, vel repentina aëris
inclemencia detentus fuit; aut si clam moliebatur abscessum, personan-
tibus suopte nutu campanis exciti sunt cines, ut occuparent. Ab iti-
nere igitur illum Deūs morbis, non à labore impedivit: At Le-
onardum Lessium nec ab itinere, nec à labore. Nam memorabile Idem ibid.
est, quo infortunio magna illi meritorum in reliquam vitam seges sub-
nata est. An. M. D. LXXVIII. per tumultus patriæ, Nostrī ea
vrbe expulsi sunt. Leonardus in ea fuga, nocte ab exitu secunda, leclū
sortitus est in diuersorio, unde nescio quid hauſit contagij; quod cum
tibis maximè infidisset, non raro ipsi periculam lepræ creauit; & cum
nulla posset ope depelli, ad usq; vita exitum, pessimis eum modis exer-
cit. Et tamen cum hoc morbo, evoluto septenio, Romam accitus
est, ubi Francisco Suario, in Theologia, Doctore biennio est usus; & iam
tum Theologia alijs tradenda idoneus est visus: quam non multò post
Louani exorsus, totos xv. annos, summa nominis claritudine docuit,
& annis xvij. seqq. Nostrorum studijs dirigendis præfuit. Miraculo
autem est proximum, tam multa potuisse illum scribere, qui tot ac tan-
tu frâni doloribus, viribus propemodum diurno labore exhaustus, in
carne videbatur, sine carne agram animam trahere. Interea parcis-
simus erat tēporia, laboris pertinax; ut inde potuerit per jus utrumq;
Pp a per

300 Cap. XXIX. Tertia decima morborum causa,
per Medicas artes, per Mathematicas, per historias, & scientiarum
alias excurrendo Encyclopaediam confidere.

III. Alij, velut Aaræus dejectus in terram, postquam dejecti
Philipp. Ale- sunt in inualetudinem, fortiores surrexerunt, atque grandia
gaembe in In- opera aggressi sunt. Ita P. Marcellus Franciscus Mastrillus, Italum
dice Marty- nobili loco natus, cum diu votio ardentissimis Indicam missionem expe-
rum num. ccl viii ex tisset, admirabili prodigo eius est factus compos. Nam a S. Francisco
vita iphus Xauerio spectabilis repente sanatus a lethali vulnera, ad Indiam atq; ad
Hispanicè & Martyrium innatus est, quod sanè subiit modo luculento. Idem
Gallicè edi- Philipp. Alegabe Bibliotheca Script. S. I. fol. 160, hęc habet: Georg.
ta. Tyskemicus, natione Polon. Gente Podlach: ex peruerusta Mo-
duidorum familiā, quæ Sereniss. Jagelloniam per Russię Duces at-
tingit, patre Palatino Brestensi, matre Wolowitzia, ordinis sena-
torij natus, primam ætatem Vilnae in scholis nostris, tum pere-
grinabundus, ut nobilitatis Poloniae mos est, Gracij, Patauij, ac
demum Romae, cum grauem incidisset in morbum, vovit, eam se
familiam sacram, si conualuissest ingressurum, cuius hominē pri-
mum domo prodiens offendisset: Et commodum progressus in-
currerit in admodum R. P. N. Mutium Vitellescum, qui tum
in Romano Collegio versabatur. Votireus ad S. Andreæ tiroci-
niū tetendit anno salutis 1593, cum ageret ipse ætatis annum
22. Per morbum quoque admirabili illi Furso zelus animarum
adjectus est. Nam ægrotanti Angelus apparet omnia ordine
tradidit, quæ ad officium diuini verbi longè lateque prædicandi
pertinebant; monuitque, ut nulli labori parceret; nullo discri-
mine terrori se sineret, duodecim illi adhuc annos vitæ superesse,
post quos laboris præmia in cælo iam autem visa, eū manerent. Dici
non potest, quanto ardore, tot ignibus inflammatus Furseus,
per Angliam, Galliam, & Belgium diuinæ Fidei atque amoris in-
cendia, postea disseminarit. Per morbum igitur isti vel è seculo
ad Religionem, vel in Religione ad maiorem perfectionem vo-
cati sunt.

Sur. 10. Ja-
nuarij.

IV.
Idem loc.
supr. cit.

Quin, & in ipso morbo quam grandia fieri possent, idem
paulò prius memoratus Lessius egregie exemplo docuit, qui grā-
uijmis morborum, colice, calculi, hernia duplice, languoris ructan-
tisq; stomachi tormentis, voluntarias etiam flagellationes adjecerat. &
crebra